

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XXVI. TIT. VI. Qui Petant Tutores Vel Curatores, Et Ubi Petantur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Qv. IV. *An tutores debeant jurisdictioni dantis esse subiecti?*

Laut. pag. 464. verb. modo sint eius &c. AFFIRMATUR, *L. 1. §. f. L. 3. h. L. 3. C. qui dar. tut. L. f. de Jurisd.*
 OBJ. *L. 10. de tut.* ubi etiam non municipales tutores dari possunt.
 RESP. Hoc intelligendum positis terminis habilibus, scil. si a sui municipii Magistratu ad id confirmatur, uti id explicatur in *L. 24. h. Conf. omnino Dn. Berger. resol. Leg. obst. h. t. q. 1.*

LIB. XXVI. TIT. VI.

QUI PETANT TUTORES VEL CURATORES, ET UBI PETANTUR.

Qv. *An mater privetur successione, si tutores non petierit intra annum?*

Laut. pag. 465. verb. mater tutores &c. AFFIRMATUR, *§. 6. de SC. Tertull. L. 10. C. de Legit. haer.*
 OBJ. *L. 2. §. 23. 35. & 38. ad SC. Tertull.* ubi nullum tempus additur.

RESP. In genere quidem ibi dicitur *confestim & sine mora* tutorem sub poena privationis peti debere. Sed hæc indefinita restringitur ad annale spatium *d. L. 2. §. 43.*

Bene observat *Dn. Berger. h. jure novo* matrem esse tutricem legitimam, indeque eam sententiam vix usum habere, nisi mater ad secunda vota transferit.

LIB. XXVI. TIT. VII.

DE

ADMINISTRATIONE ET PERICULO TUTORUM.

Qv. I. *An tutor honorarius possit administrare, si velit?*

Laut. pag. 466. verb. possunt etiam. AFFIRMATUR, *L. 39. de Acquir. vel omitt. haer. L. 14. §. 1. de Solut.*
 OBJ. Favorem pupilli esse, ne plures sint tutores.
 RESP. Cum honorarii quoque periculum suscipiant, non debet favor pupillorum in eorum præjudicium torqueri.

Qv.

